

Folio I.



DISCURSVS CLAMO. RVM CONFRATERNITATIS

SANCTI SEVERI EPISCOPI BARCHINO. CLERI,
corum Ciuitatis, & Diocef. illius quibus spectat, Communi-
tates, & singulares dictæ confraternitatis eximi, & libe-
rari a contributione decimæ 6000. V. ducato.

a Sanctissimo Dño nostro Urbano Papa

VIII. indictæ.

Sanctissimus Dominus noster
Urbanus Papa VIII. suo brevi datto Romæ 5. Februa-
rij 1632. pro tuitione ditionum temporalium ab hæreti-
cis oppugnatarum Ferdinandi Regis in Imperatorem
electi illius contemplatione, ac supplicationibus Phili-
pi Hispaniarum Regis Catholici inclinarus indixit unā
decimam usque ad summam 6000. V. ducatorum monete Hispaniæ su-
per fructibus, & redditibus Ecclesiasticis Regnum Hispaniæ, & dictæ
decimæ taxam repartimentum. & executionem Cesari Patriarchæ An-
tiocheno Sedi Apostolice in dictis Regnis Nuntio delegauit sub for-
ma in dicto brevi latius diffinita,

Illustrissimus Nuntius, & delegatus præfatus procedendo in execu-
tione dictæ concessionis taxauit per majorem, & indixit Provinciæ Tar-
racon. pro contributione dictæ decimæ 31594. lib. 7. sol. 6. di. pro duo-
bus equalibus terminis soluendas ulteriore taxam, & repartimentum
per minorem subdelegando prius Dño Archiepiscopo Tarraconen. &
postea ob illius excusationem Domino Episcopo nunc Barchinon. &
nouissime propter illius plures occupationes Domino Episcopo Ger-
randen. tunc Elnen.

Per quos dominos subdelegatos respectiue extiterunt relaxata di-
uersa monitoria, & mandata pro denunciandis, & describendis fructibus
& redditibus Ecclesiasticis contributioni dictæ decimæ obnoxij, & fa-
ciēdis taxa, & repartimento prædictis a quibus omnibus, & singulis uni-
versus status Ecclesiasticus Provinciæ Tarraconen. humiliter dixit de-
nullitate, & prouocauit ad suam Sanctitatem expressis diuersis causis
dictorum recursum justificatiuis quibus tamen expletis fuit nihilomi-
nus per dictos Dominos Subdelegatos processum ad ulteriore dictæ
concessionis executionem.

Demum 7. Februarij 1634. per dictum Episcopum Geranden. Subde-
legatum

A

legatum

ayersta decima ducat
enre tots los regnes de
hespanya y de les cens
miles ducats y per la
provincia de catalunya
los de les miles ducats
cots die 6000 ducats

v. inf. a. aliam memora
proposita teima pag.
797. et 811 =

proposita teima pag.
797. et 811 =

Los dos sis cent mil
ducats que le summe
per la ciutat de valencia 1632
la qual es dividir repartir
entre tots los regnes de
les hispanies y per
catalunya 31594 ducats
el jor mil i fins ences
governant y gurant
que 31594 ducats

Fol. II

legatum sicut in negotio prolatā sententia, qua inter alia pro primo termino solutionis quantitatis decimę contingentis Provinciae Tarragon. & pro expensis laboribus, & salarijs dicti negotij taxauit quantitatem 20809. librar. distribuendo, & repartiendo illas per Archiepiscopatum, & Episcopatus dictæ Provinciae, & inter particulares in dicta concessione comprehensos. Pro cuius sententiæ executione litteras executoriales cum censuris, sequestris, & alijs pœnis relaxari mandauit a quibus iterum per Ecclesiasticos extitit de nullitate dictum, & prouocatum, & is est presens dicti negotij status. Confraternitas predicta Clericorum Episcopatus Barchino. in justificationem nullitatem, & appellationū interpositarum, & ad demonstrandum Ecclesiæ Comunitates, & singulaires illius non suisse comprehensos sub dicta concessione ultra fundamenta in alio memoriali Typis mandato, & Dño Subdelegato presentato nititur tribus alijs sequentibus fundamentis.

Primum mentem sue Sanctitatis non suisse sub inductione decimę comprehendere Ecclesiæ Comunitates, & Clericos singulares dictæ confraternitatis Sancti Seueri.

Secundum eandem confraternitatem reperiri valde grauata cum taxa, & repartimento factis in prelibata sententia.

Tertium obligationem soluendi salario, & expensas in eadem sententia taxata non incumbe decimam predictam soluere debentibus.

*Prima funda
menta occida am*

Quo ad primum quia juxta formales utriusque juris decisiones, Doctorum doctrinas, & seriē eiusdem brevis Apostolici indicte decimę contributioni non tenentur illi quorū fratre & redditus sunt adeo tenues & exiles, quod ex illis nequeunt seipso sustentare, sed pro habenda suę vitę sustentatione debent dietim laborare extrauganti unica de decimis inter comunes cap. licet extr. de censibus l. illicitas ff. de officio praefidis l. cura ff. de oneribus, & honor. glos. in l. omnes C. de anno. & tribu. lib. 10. Berin. de paupertate, & eius priuilegijs q. 4. nu. 26. ferret, de Gabel. & Vetigal. in princi. nu. 454. Vbald. de collec. in princi. n. 9. Bellaner. de charitha. subsidio q. 30. num. 1. Moneta de decimis cap. 9. Celsus hugo const. 34. n. 15. & generale est in collectis, & subsidijs, quæ præstari debent secundum quod redditus compatiuntur, ita quod Ecclesiæ quarū redditus non patiuntur illa soluere non tenentur, vt ex pluribus refert hugo dicto nu. 15. Petrus Grego. de repub. lib. 3. cap. 4. num. 1. quibus se conformando Sanctitas Urbani in eadem inductione decimæ ab illius contributione exceptit milites Sancti Ioannis Hierosolimitani, & obtinentes beneficia curata, quorum centum, & simplicia: quorum annui redditus summam 24. ducato. auri de Camera non excedunt cum prædicti redditus respectiue non patiantur dictam contributionem, sed sint præcisæ necessarij pro sustentatione beneficia prædicta obtinentiū, & licet in comissione per Illustris. Nuntium delegatum facta Archiepiscopo Tarraco. referatur dictam exceptionem suisse reuocatam per eundem P.P. alio brevi dato Romæ 24. Iulij 1632. de ea reuocatione non apparet prout videbatur necessarium, vt exceptuatis præjudicaret de quorum maximo præudio agitur per ea que tradit Mascard. de probatio. tom. 1. conclusione 140. per totam, & signanter num. 10.

Decisiones

Decissiones prædictæ nittuntur æquissimè rationi naturali secundum quam agris suis sicutientibus nulli tenentur alios irrigare cap. non satis dist. cap. non mediocriter de consecra. dist. 1. & l. preces. C. de seruituti. qnam rationem in terminis cōtributionis decimæ Papalis tradit Bellarmi. vbi supra q. 77. & sequitur Ecclia, quæ est mater pauperum cap. ad Romanam 3. q. 6. quæ non permitit diuino ministerio adscriptos cum ordinis dedecore mendicare aut sordidum aliquem questrum exercere Trid. sessio. 21. cap. 2. de reformatione.

Quod vero redditus, & fractus Ecclesiarum, & singularium personarum Ecclesiasticarum dictæ confraternitatis sint adeo tenues, & exiles quod non sufficiant ad congruam Clericorū sustentationem, sed pro ea habenda egeant industria preter quam est nimis notiorum in tota Dioces. Barchino. demonstratur vltius ex quo dictarum Ecclesiarum, & beneficiorum dotes sunt exiguae, & distributiones quotidiane tenues, ut redditus omnes juncti etiam in Matrice Ecclesia Barchino. & Parochialibus dioces. illius quos singuli clerici percipiunt comuniter annuatim vix ascendunt ad summam 80. librarum monete dictæ ciuitatis. Ex quibus deductis oneribus fabricæ Ecclesiæ, quartæ, decimæ, subsidij, & impositionis jutum generalis Cathaloniz quibus persone Ecclesiastice dictas Ecclesiæ, & beneficia obtinentes per diuersa priuilegia Apostolica reperiuntur jam obnoxij, & alijs infundationibus beneficiorum eisdem iniunctis pro sua sustentatione eisdem solum remanent 60. libræ eiusdem monetæ, quæ non sufficiunt pro congrua dictarum personarum Ecclesiasticarum sustentatione. In quo habitant temporis circumstantia, & status Ecclesiastici decentia, & alijs que iuxta subscriptos attendi debent pro ut quilibet arbitriabitur cui arbitrio id relinquitur Mennoch de arbitra. lib. 2. cas. 65. n. 7. & casu 216. & alijs plures relati a Flaminio Paris. de resignatio. beneficio. lib. 5. q. 6. a num. 131. ad 165. vbi omnino videndus.

Ex quibus omnibus non est credendum intentionis suæ sanctitatis fuisse Ecclesiæ, & personas Ecclesiasticas dictæ confraternitatis voluisse compræhendere in dicta decime indictione immo censoratus tam de nimia illarum paupertate quam tot, & tantis oneribus quibus sunt obnoxiae, etiam per alia brevia Apostolica illas a contributione excepisset exemplo Gregorij 9. in cap. cum mandatum 34. de rescrip. & jurisconsultorum in l. Nauis onusq. 4. §. cum autem ff. ad l. Rhodium de jactu, & in l. qui dotem ff. de dot. præleg. & per ea quæ in simili in pensionibus tradunt Cambar. de autho. legati de latere lib. 6. de pentio. numer. 227. Casador decis. 3. de pensionibus nu. 1. quæ proposita pro ut finerunt representata Dño Subdelegato erant sufficientia ad remorandam præcutionem executionis gratiæ, & consulere super prædictis suam sanctitatem iuxta formam textus in cap. si quando de rescrip. & in extraua. vnica de decimis inter comunes seruandam, etiam a mero executore vi firmat Auguia. de leg. controuer. 5. a n. 39.

Veniendo ad secundum fundamentum principale (vbi primum in totum vel pro parte non procedat) est plusquam indubitatum confraternitatem prædictam, & in ea comprehensos reperiri admodum grauatos in

Fol. III.

taxa, & repartimento factis per Dñm Subdelegatum in præfata sua declaratione quia iuxta tenorem brevis indictio decimæ fuit facta, super fructibus redditibus, & emolumentis Ecclesiæ, & beneficiorum Ecclesiasticorum in Regnis Hispaniæ, & resultat ex eadem taxa, & repartimento ex quo dicta indictio est onus reale, ut in proprijs terminis teneant Bar. in l. placet num. 11. C. de Sacros. 1. Ecclesiæ, & Monet. de decim. cap. 9. q. 4. num. 146. & sic allibracio, & taxatio debuit fieri per solidum, & libram pro modo & quota dictorum fructuum seruando inter contribuere debentes omnimodam æqualitatem c. cum instantia 17. extra de censibus Clemen. si beneficiorum de decim. & dicta extrauagante decim. inter omnes, & probant l. 1. C. de mune. patrimo. lib. 10. & l. indictiones, & ibi glos. verbo possides C. de anno. & tribu. conductit doctrina glos. in cap. cupientes verbo discreta de electione in 6. Monet. loco supra sitato, & de collectis & tributis per principes seculares impotitis loquens Vbal de collec. num. 6.

Et quod in prælibata declaratione Dominus Subdelegatus non seruauerit dictam æqualitatem ex pluribus detegitur. Primo quia processit ad taxam & repartimentum faciendum antequam haberet noticiam beneficiorum, & ceterorum omnium in gratia comprehensorum, & fructuum seu reddituum illorum, que tanquam antecedens necessarium dic tam taxam, & repartimentum præcedere debebat iuxta glos. verbo prægatio in l. sancimus C. de aduoca. diuersi. judi. festas. de estim. & collect. cap. 1. num. 55. & cap. 2. num 39. ex quo præstationi obnoxij tenetur beneficia, & si uide illorum denunciari, & codicem stimi proferre l. per singulas C. de discussioni. Tomas. trac. de mune. patrimo. sol. 158 num. 116. tom. 12. tractatum & festas. dict. cap. 2. nume. 39. quibus non præcedentibus impossibile fuit æqualitatem seruasse, sed taxatos multum grauasse.

Secundo quia nec in dicta taxatione, & repartimento compræhendit Dominus Subdelegatus plura beneficia, & alia contributioni obnoxia, & denunciata quinimo plura dimisit ut ex procedimentis factis circa prædicta constat manifeste cum tamen omnia sine exceptione aliqua comprehendere debuisset, onus enim quod in pluris dividitur minus est, & facilius sustinetur l. actores, & ibi glos. verbo immanitas C. de exac. tribut l. omnes C. de anno. & tribut l. euacuatis G. de decurio. l. 1. in medio C. de epoch. pgb. Tomas. vbi supra n. 22. & sic taxando comprehensos in repartimento grauauit; dictis juribus.

Tertio est manifestum & quidem maximum aliud grauamen in dicta taxatione illatum ex quo inter comprehensos, & nominatos in taxa non fecit repartimentum æquale iuxta q̄s, & libram quinimo valde inæquale cum pluribus habentibus multo minores redditus fuerit in dicta mayor taxa quam alijs mayores prouentus habentibus, & inter alios multis quorum redditus ad centum libras non ascendunt fuerunt taxate quatuor libre seu mayor quantitas, & alijs quorum prouentus excedunt plura centenaria, & etiam millaria solum fuerunt taxati pauci solidi, seu alia minor quantitas, ut ex eisdem procedimenti liquet, & est notoriū.

Fol V.

Quare quia iuxta tenorem eiusdem brevis Apostolici super indicio
ne decimæ emanati Illustrissimo Nuntio delegato comissa fuit potestas
faciendi taxam, & repartimentum inter obnoxios contributioni, & sic
illa veniebat facienda iuxta verum beneficiorum, & aliorum valorem
de tempore repartimenti iuxta l. 3. §. diuitus de iure fisci cum tamen cir-
ca beneficia registrata in libris quarte decimæ repartimentum reperi-
tui factum iuxta æstimum factum tempore quo dicta quarta decima fuit
inposita qua forma non debuit heri cum cursu temporis varientur re-
rum valores vulgata l. præcia rerum ff. ad l. falci. Boer. decisi. 60. num. 6.
& propter dictam variationem non admittitur presumptio valoris pre-
sentis, ex preterito presertim quando magnum temporis interuum
intercessit ut in presenti Gratia discep. forens. cap. 766. numer. 42. &
maxime in Provincia Tarraco. in qua ut rei evidentia docuit plura cen-
sualia, & redditus beneficiorum Ecclesiasticorum in tota aut in parte re-
periuntur perdita, & alienata ut legitur inter constitutio. Provinciales
dictæ Provinciæ cap. 3. de rebus Ecclesiæ aliena. & sic similia beneficia,
& illa obtinentes veniebant relevandi a dicta taxâ ex l. forinâ ff. de cen-
cibus tradit festas. ubi supra par. 1. cap. 1. num. 20. & contra aliorum
beneficiorum dotes ex post fuerunt audita, & in consequentiam taxa de-
buit a geri sicut deminutis redditibus minui ex traditis a Bellanci. de
charita subi. q. 81. & sequentibus. hoc quodlibet ab ecclesiastico miseri.

Nec prefatorum præiudiciorum congruam emendationem, & repara-
tionem præseruat reseruata illorum resarcitio facienda in secunda dictæ
decimæ solutione. Primo quia ~~taxa id est pars patrimonii & potestas~~
petere in quare repetitione tot se offerunt labores, & expense, quæ forsitan
excedent estimationem illius pluris in quo grauati sunt, & nō debet sie-
ri aut reteruari id pro quo consequendo sit plus expendendum vulgata
l. mediterraneæ G. de anno. & tribut. lib. 10. Secundo quia repetitio
est valde difficilis, & intricata num videlicet esset habenda a collecto-
re qui solutiones recipit vel a Thesaurario Dñi Regis cui pecunia es-
set consignata, vel a comprehensis in distributione decimæ non taxatis,
vel ab alijs minus tamen quam debuissent taxatis que dicuntur etiam
grauamen, & lesionem, inferret ex alia vulgata regula de qua in l. mino-
ribus 25. annis 6. ff. de minoribus 25. annis possent quæ alia plura inte-
rim contingere que dictam repetitionem eliderent, & sic sub intrat alia
regula, quod melius sit non solvere quam solutum repetere, nec dimini-
tis, vel de falcatio facienda in portione grauati in secunda solutione re-
sarcire datum excedens dictam portionem.

Vterius non obstat, quod in executoriis libus præfatæ sententiæ dedu-
citur ab illa non fuisse iniuripossum appellacionem per statum Ecclesi-
asticum, & consequenter transisse in judicatum, & illi esse standum Quia
respondeatur. Primo Dñm Episcopum Gerunden. illam protulisse ut
subdelegatum ab Illustrissimo Dño Nuntio delegatos de Sanctis super
dicta taxa, & repartimento quam subdelegationem non potuit dictus
Dñs delegatus facere cum facultas taxandi, & repartimentum faciendi
in brevi Apostolico reperiatur comisa personæ dicti Dñi Nuntij pro ea
electæ, & ita ex defectu jurisdictionis subdelegate in dicto Episcopo
Gerunden.

Fol. VI

Gerunden sententia est vitio nullitatis affecta, ut sicut justificatum in alio juris memoriali jam supra relato, & sententia nulla nunquam transit in judicatum Celsus hugo cons. 87. num. 4. & alij allegati a Cancer. p. 2. capit. 18. numer. 60. Secundo quia per dictum statum Ecclesiasticum fuerunt interposite appellations a monitorijs, & mandatis relaxatis pro dicta taxa, & repartimento faciendis tam a grauaminibus illorum quam ab alio quocunque futuro grauamine, quæ suspendit jurisdictionem dicti Domini Subdelegati in dicta causa Cancell. de atten-
tat. capit. 12. in praesente numer. 109. secutus Egid. decis. 707. app. al-
legat. 2. num. 5.

3. fundatio

Circa tertium principale fundamentum comprehensos sub decimæ distributione non teneri ultra portionem decimæ soluere salary, & expensas officialibus, & ministris pro executione illius deputatis pro quibus dictus Dominus subdelegatus in sua declaratione fecit, etiam ta-
xam, & repartimentum videtur procedere sine aliqua difficultate. Pri-
mo quia dictum onus non reperitur illis inunctum in breui inductionis decimæ, sed obligatio dumtaxat soluendi ratam eis contingentem in quantitate sexcentum mille ducato. & sic non potuit dictus subdele-
gatus exceedere fines dictæ inductionis nouuni onus soluendi expensas pre-
fatis adiungendo, ne tantum onus expensarum detimento prægrauctur,
1, tam de mentis C. de Episcop. audien. & inde delegato soluitur salary,
& præstantur impense ex bonis eius ad cuius petitionem est datus Garcia de expen. & melioratio. cap. 21. num. 8.

Secundo quia generali, & regulare est quod salary, & expensæ in omni negotio ministrantur ab eo cuius gratia, & utilitate negotium celebratur. sedet si §. 1. ff. ad exhiben. vbi glos. verb. actoris l. cum cœpe in medio C. de erogat. milit. anno. lib. 11. & insimili conducunt, quæ tradunt danmed. de tuto. & curato. num. 8. & 12. Scobar. de ratioti. cap. 27. num. 51. strach. de proxime num. 16. Molin. de hispanio. primo-
genijs lib. 1. cap. 27. n. 11. vers. si autem Cancer 3. p. cap. 5. n. 58. & 59. cum-
que inductione decimæ fuerit facta ad supplicationem, & intuitu imperato-
ris, & Regis Hispaniarum ergo ab eisdem, & ex eadem decima sunt mi-
nistranda dicta salary, & expensæ.

Tertio quia obnoxij prestationi decimæ si ad salary, & expensas te-
nerentur foret aut jure actionis ex obligatione propria vel a PP. injun-
cta, quæ non concurrit, aut proper culpat, & contumaciam illorum;
quæ nequit inuenire antea taxationem, & repartimentum, & illorum
denuntiationes factas prædictis cum tunc esset incertum, & illiquidum
quid, & quantum soluere debuisset, & etiam que personæ ad id tene-
rentur nec in non soluendo interim posset dici in mora constituti per
ea, quæ tradunt Bart. in l. creditores num. 14. C. de pigno. & alij plures
relati a Cancer par. 1. cap. 17. de appella. num. 25. & par. 2. cap. 3. num. 4.
sine obligatione autem culpa vel contumacia non debet aliquis in ex-
pensis condemnari ad tradita per Cancer part. 2. cap. 6. num. 33. & par.
3. cap. 2. num. 242.

Expensæ autem salary, & laborum pro quibus in dicta sententia
fuerunt taxatae plusquam quinque mille libræ vbi subsisterent, & debe-
rentur

35755

rentur fuisse factæ pro litteris mandatis, & alijs procedimentiſ factis
ante diem 7. Februar. 1634. quo prolata fuit sententia taxæ, & repar-
timenti, & per eam liquidatum qui quid, & quantum esset pro decima
soluendum, & ratione temporis intermedij que ex propria obligatio-
ne executorum gratiæ contigisset, non vero ex mora culpa vel con-
sumacia contribuere debentium, & sic ab illis, & non ab istis debent per-
solui ex supra dictis.

Non obstat, quod per statutum Ecclesiasticum fuerit contradicturnum ex-
ecutioni decimæ Papalis & procedimentiſ, quæ pro ea fuerunt facta, quia
respondeatur contradictionem illorum ſolum conſtituit in appellatiōni-
bus interpositis, a dictis procedimentiſ quibus nunquam fuit per Domi-
nos Subdelegatos delatum, nec aliqua habita ratio, & ſic propter dictas
appellatiōnes non fuit ſuſpensa, & impedita execuſio prædicta, & qua-
ratione dictis appellatiōnibus non obſtantibus 7. Februar. proxime di-
missi fuit facta taxatio, & repartimentum eadem etiam potuſſet anteā
fieri per eosdem Subdelegatos, ne dictæ expenſe, & ſalaria augerentur,
& conſequenter ex dictis appellatiōnibus & contradictionibus non
poſſunt dici cauſatæ, præſatæ, expenſæ, ut ad earum ſolutionem poſſet
dictus ſtatus coſtempari.

Ex eisdem tribus fundamen‐
tis infertur ſequeſtrum ſuper fructibus
redditiſ, & alijs emolumen‐
tiſ Ecclesiasticis per eundem Dñm Subde-
legatum nouiſſime relaxatum non comprehendere dictas Ecclesiias, &
Clericos Ciuitatis, & Dioec. Barchin. & alias continere in ſe eosdem de-
fectus, & eadem grauamine quos, & que continet ſententia dicta dicit 7.
Februar. per eundem Subdelegatum, prolata. Primo quia dictum ſeque-
ſtrum fuit imposiſum pro executione dictæ ſententiæ. & ſic accessorie,
& in conſequentiā illius, & ſublato vel deſtruco principali tolluntur
etiam illius accessoria jurib. vulgatis.

Secundo quia dictum ſequeſtrum fuit relaxatum post appellatiōnes
interpoſitas a monitorijs, & mandatiſ precedentib. & ab omni fu-
tu‐ro grauamine que eſteſtum operatur tam contra dictam ſententiā ta-
xæ, & repartimenti quam circa dictum ſequeſtrum ſubſecutum pro il-
lius executione & faciunt dictam taxam, & repartimentum, & ſic quan-
titatem debitam omnino illiquidam, & pro illiquidio non poſteſt fieri ſe-
queſtrum l. vnica C. de prohib. ſequeſt. Cauale. deſſiſio. 3. num. 10. Mo-
net. de deſtribut. quotid. par. 1. q. 4. num. 13. Cancer. 2. par. cap. 4. nu-
18. & alij allegati a Maufon. de cauſ. execut. lib. 1. ampl. 29. nume. 39.
& ampl. 37. num. 20. & alibi paſſim Lancell. de attent. part 2. cap. 4.
lim. 25. num. 3.

Tertio quia ſequeſtrum fuit factum per dictum Dñm Subdelegatum
laicis reddituarijs mandando eisdem quatenus ex rebus ſequeſtratis
per ſoluerent collectori; quod non per illum, ſed per judicem ſecula-
rem, & ordinariū illorum erat faciendum cum in ſequeſtris, & empa-
ris regulariter ſit judec competens illi cui perſona penes quem eſt res
ſequeſtrata eſt ſubdita.

Quarto quia in eodem ſequeſtro, ut prædictum fuit mandatum red-
dituarijs quatenus decimam partem ſequeſtratorum ſoluant collectori-
bus deſ-

Vol. VIII.

ribus deputatis, ex quo cōpelluntur soluere in locis, & personis quibus non sunt obnoxij, & obligati ad que non possunt adstringi ne propter alios tanto onere grauentur cap. non debet de reg. jur. in 6.

Ex prædictis omnibus satis justificate remanent querimone confraternitatis Clericorum Ciuitatis, & Diœces. Barchinon. vt per illas debeant totaliter eximi aut saltim releuari a contributione decimæ inditæ, & ab illius taxa, & repartimento valde cōforme menti, & intentio ni Sanctitatis suæ ex cuius clementia, & aliorum ad quos expectet benigna censura, ita siendum dicta confraternitas humiliter sperat salua in omnibus, & siugulis dictæ Sanctitatis, & illius Sedis Apostolicæ auctoritate, & declaratione.

1634

Iosephus Balet	Orlau	Garcia
-----------------------	--------------	---------------

Iofreu	Huguet	Narcisus Mir
---------------	---------------	---------------------

Vinyals	Bernardus Sala	Vila Iunior
----------------	-----------------------	--------------------

Puig	Llenes	Llauger
-------------	---------------	----------------